



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Specvlvm Iuentvtis, Sive Insigniores Pveritiæ Atqve Adolescentiæ Sanctorvm

Bosendorf, Hermann

Monasterii VWestphalorvm, 1615

Malachias Episc. Hiberniæ 5. Nouemb.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42900

tatem feliciter migravit. Trigesimo autem ab obitu eius die, tot tantisq; miraculis Deus sanctum suum illustravit, ut cunctis in vrbe regia, quam Abham regalem vocant, vbi sacrum eius corpus tumulatum est, non mœroris ille, sed gaudij dies videretur.

PVERITIA S. MALACHIAE EPISCO-
pi Hybernia, ex ea, quæ est per B. Bernardum
Ab. Claraval. conscripta. s. Nou.
Sur. Tom. 6.

Malachias nobili apud Hybernos ortus progenie, summa matris diligentia ad omnem pietatem erudiebatur: & ingenio admodum docili, atq; eximia indole in phrontisterio quotidianis magistro respondebat perfectibus: quæ res mira illi singulorum studia amoremq; conciliauit. Cumq; per ætaturæ suæ *Maturitatis* annos gradatim varia prudentiæ accessione *rumorum.* mularetur, senē referebat moribus, omnemq; *Pudicitia.* lasciuiam puerilem adhuc puer declinabat. Et quamuis eam ob rem cunctis reuerentiæ atque stupori esset, nihilo tamē inde, ut assolet, insolentior, sed etiam ad obtemperandum inueniebatur facilior. Non impatiens magistrj, non fugitans disciplinæ, non lectionis fastidians, non ludorum denique appetens: quod vel maxime illa ætas dulce ac familiare habet. Literarum proinde peritia, æquales; morum vero disciplina virtutumque profectu.

Pietas.
Temperantia.
Humilitas.
Deuotio.
*De vita
statu deli-
berat.*
Cessum.

fectu, etiam docentes se superabat. Tum vero diuina excitatus gratia, etiam secretum peccare, anticipare vigilias, meditari in lege, refici parcus, orare frequentius satagebat. Jamque cautus declinare virus illud virtutum, inanem gloriam, virtutis exercitationem, humilitatis abdebat sipario. Vnde cum rus à magistro duceretur, crebrius reducto post eius tergam vestigio, figebat gradum, & ipso nihil suspicante, expansis ad cælum manibus quasi iaculatam emittebat orationem. Ineunte vero adolescentia tanto etiam prudentior quanto g-
tate prouectior, de stabili vitæ genere maturiora tractat consilia. Videns enim mundum in maligno positum, & insanis ad flagitium raptari cupiditatibus; suumq; è diuerso diuinitus acceptum cõsiderans institutum: Meus, inquit, ex Deo est spiritus, & scio quæ in illo donata sunt mihi. Inde mihi interim adhuc innocentia vitæ, inde continentia decus, inde iustitiæ fames, inde quoq; illa eò securior quo secretior, gloria mea est testimonium conscientia meæ. Nihil horum mihi tutum sub principe mundi. Deinde habeo thesaurum hunc in fictili vase. Verendum ne impingat & frangatur, & effundatur oleum lætitiæ meæ q; porto. Equidem non impingere inter saxa & scopulos distortæ & anfractuosa viæ & vitæ huius, difficillimum. Itane in momento perdam simul omnes, quibus ab initio præuentus sum benedictiones dulcedinis? Resigno illi potius à quo

à quo sunt & me pariter. Et ego enim ipfius.
 Perdam igitur ipfam ad tempus animam, ne
 perdam in æternum. Et quod sum & quæ ha-
 beo omnia, vbi mihi æquè falua atq; in manu
 authoris? Quis ita ad feruandum follicitus, ad
 retinendum potens, ad reftituendum fidelis?
 Seruabit tutò, reftituet opportunè. Quin igitur
 fine retractione me dedam ad feruendum
 illi de donis fuis? Itaq; deliberationem res atq;
 opus confequitur. Degebat in ciuitate Ardina-
 cha, Imarius quidam vir fanctus austerè ad-
 modum vitæ, & inexorabilis fui corporis ca-
 fligator, atq; in cella quadam iuxta ecclefiam
 ieiunijs & obsecrationibus die ac nocte Deo
 deferuens. Ad hunc fe contulit Malachias,
 formam vitæ accepturus ab eo, qui viuum fe
 tali damnauerat fepultura. Mirabatur omnes
 rem eò loci, infolitã. Pleriq; humano affectu
 ducti dolere & plangere, quod dilectus omni-
 bus delicatusq; adolefcens duris fe adeo labo-
 ribus mancipasset: Alij fufpicati leuitatem p-
 pter ætatem, diffidere de perfeuerantia, time-
 re de cafu: Nonnulli temeritatem caufantes, in-
 dignari & fremere in eum, quod fupra ætatem
 & vires rem arduam fuiffet aggreffus. Verum
 ille fine confilio egit nihil. Erat enim illi hoc
 propheticũ inftar omnium. Bonum eft homi-
 ni fi portauerit iugum ab adolefcencia. Et ad-
 dit: Sedebit folitarius & tacebit, quia leuauit fe
 fupra fe. Sic verè iuftorũ femita quali lux quæ-
 dã terris oborta, crefcit vsq; ad perfectũ diem.

*Aufpica-
 tur vitam
 austeram.*

PVE-